Antonius miseratione divina tt. scto. Quatuor Coronator. pbr Cardinalis Discretis viris Johanni de Herrera et
Roderico de Solis ac Didaco de Sevilla Canonicis ecclie Ispalen. Salt. in dno. Ex parte Didaci de Rivera Decretor.
Licentiati ac Canonici ecclie predicte ac perpetui Capellani ad Altare beate Marie del valle in Parrochiali ecclia eiusdem
beate Marie oppidi de Sanlucar la Mayor Ispalen. dioc. nobis oblata petitio continebat Qd. dil. Prior et Fres Mon. sive
Domus scti Michaelis de los Angeles oppidi predicti qui in dicta Capellania in locum eiusdem exponen. post ipius
obitum iuxta Fundatoris dicte Capellanie voluntatem succedere debent eiusdem Capellanie utilitate pensata quandam domu
in dicto oppido iuxta suos confines sitam ad eandem Capellaniam licite spectantem et pertinen. eidem exponen. pro
suis heredibus et successoribus in Emphiteosim perpetuam pro annuo canone sive censu Duorum milium Morapetinor.
monete illar. partium ducatos auri Quinq. cum uno tertio alterius similis ducati vel circa constituentium cum
certis pactis et conditionibus tunc expressis de sui Superioris licentia locarunt et concesserunt prout in instrumento desu
per confecto plenius dicitur contineri Cum autem sicut eadem subiungebat petitio locatio et concessio predicte in eviden
tem dicte Capellanie cesserint et cedant utilitatem cupiantq. propterea tam exponens qm Prior et Fres prefati illas
pro earu. subsistentia firmiori aplice confirmationis munimine roborari Supplicari fecerunt humilr idem exponen. eis super
his per sedem aplicam de opportuno remedio misr provideri Nos igr dicte Domus situationes confines valores et
circumstantias ac instrumenti predictor. tenorem ac si presentibus insererentur presentibus pro plene et sufficienter expres
sis habentes et attendentes qd in his que ad ecclesiar. utilitatem pertinent favorabiles esse debemus atq. benigni Auctte dni ppe
cuius penitentiarie curam gerimus Et de eius spali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Discretioni vre aut duobus
vrum coniunctim committimus qtius si Juris ordine et forma aliisq. solemnitatibus in similibus observari solitis debite
observatis locationem et concessionem predictas in evidentem dicte Capellanie utilitatem cessisse et cedere reperentis
super quibus vram conscientiam oneramus illas ac prout eas concernunt oia et singula in dicto instrumento contenta
licita tamen et honesta et Juri canonico non contraria aplica auctte approbetis et confirmetis oesq. et singulos tam
Juris qm Facti defectus siqui forsan in premissis intervenerint suppleatis Non obstan. Felicis recordationis dni Pauli
ppe ii de rebus ecclesiasticis non alienandis et aliis aplicis Constitutionibus et Ordinationibus ac Fundatione dicte
Cappellanie Ceterisq. contrariis quibuscumq. Dat. Rome apud Sctmpetrum sub sigillo officii penitentiarie
iii kl. Februar. Pont. dni Clementis ppe vii Anno undecimo

A. Vrigarwsgratus

Laur. Vincles Phi. Ferrinus

[illegible] an
graz inhibita
J. pet. suarez

Gratis in partu dni Petri Suarez scriptoris P. de Pa[illegible]llis; Hie: Centelles:

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

A.º dcs martino

R. Remyon m off ...

Pero d fulgino

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 487
Hospital del Cardenal, leg. 45